



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Ex parte emptorum & venditorum, numero 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

eatur, subdam hic breviter capita, unde res majoris, vel minoris aestimari consueverunt, quorum profecto notitia maximo erit usui, tum subditis in mercibus vendendis, tum Magistratibus in taxandis earumdem pretijs. Quando enim hi non taxant intra latitudinem pretij vulgaris, ut si taxa ab ipsis designata esset clare (nam in dubio, & pro Magistratu) supra supremum pretium vel infra infimum, erit *d*, (nisi in aliquibus raris & casibus obstaret bonum publicum) injusta, & etiam in conscientia non servanda. Hæc autem capita confusè satis, & sparsim ab authoribus approbata, ad quinque ordinatim reduco. Primum se tenet ex parte rei venditæ; secundum pretij; tertium eumentium & vendentium; quartum ex parte seu ratione expensarum; quintum ex parte modi vendendi.

c Mol. l. 2. d. 364. §. conveniunt etiam.
d Sanch. l. 1. conf. c. 7. dub. 5. late id probans.
e l. omnino Delago t. 2. de just. d. 26. sec. 5. à num. 53.

Ex parte rei venditæ.

4. Primum ergo, quod se tenet ex parte rei venditæ, est abundantia, vel penuria mercium: hæc enim auget pretium, illa minuit. Huc reducitur novitas, & antiquitas rerum, quæ quia raritatem indicant, pretium augent, ut in fructibus novis, & imaginibus & statuis antiquis.

Ex parte pretij.

5. Secundum est ex parte pretij. A-

bundantia enim, vel inopia pecuniae minuit, vel auget rei valorem, ut patet in Indijs, ubi quia est multa argenti, atque copia, numerosiore pecunia, atque adeo carius res distrahuntur.

Ex parte emptorum, & venditorum, Vbi

An exteris carius possit vendi?

6. Tertium se tenet ex parte eumentium & vendentium. Quando enim emptores frequentes sunt, carius merces venduntur, quam quando sunt rari; & merito: accedentibus enim multis emptoribus inducitur rerum penuria; apparentibus paucis, persistit abundantia. Quando item multi sunt venditores, vilescunt merces, quia si sunt venditores multi, multa est, & abundans merx. Hinc pluris res venduntur in officinis, quam cum venditores per vicos, & domos quarunt emptores; & pluris, quando offeruntur, juxta illud proverbium teste Cajetano *f*, & approbante Lessio *g*, alijsque, Merces ultroneas vilescunt pro tertia parte; Immo easdem ultroneas vilescere, usque ad medium, docent nonnulli *h*.

f Caet. 2. 2. q. 77. art. 1. *g* Less. l. 2. c. 21. d. 4. n. 33. alijsq. apud ipsum. *h* Barthel. à S. Faust. Rebel. Megala apud Dian. p. 1. tr. 8. ref. 23. 53. 78. Adde Palatium mox referendum.

7. Hinc propter eandem rationem, qui emit in gratiam venditoris, v. g. rogatus, potest emere minoris; & qui vendit in gratiam emptoris, potest vendere pluris. Sanè Palatius dixit, pallium, quod in officinis valet quatuor aureis, posse